

hoc ipso die totas duas Decades amicorum consanguineorum  
utriusque sexus, ad eucaria nimirum inuoca-  
tos hoc in tugurio imbecillus hospes excepi. Postid: D.  
Oct: CIOICL.VI.

Godefrido Heuschenio.

Soc: Jesu.

Amplissime Doctissimeque Vir.

(1156)

Negotium ais, tibi non semel fuisse cum negligentibus amicis  
qui nimirum quae mihi Librorum exemplaria. Destinata, alijs  
alijs de causis non tradiderunt. suspicaberis nunc nec iniuste  
incidisse te in ingratum, qui munificentia tua tandem  
compos testari hactenus desierit, quantum se intellexerit  
tibi debere. Me vero et aliena ab hisce studiis occupa-  
tiones, et excursiuncula nimis quam frequentes, totostres  
menses distrinxere. quâ re in culpam incidi non mihi  
solenemo, et quam a me labem semper sollicite auerti,  
apud literatos amicos meum cessator haberi. Hisce si te  
conitem adsciisti, rogo te per communes Musas, Vir  
humanissime, ne quid tam sinistri de me perstes autu-  
mate. Is enim sum, qui et cum humanitate tua, quantum  
potero, parias sum factorus, et raram illam eruditionem  
quâ excellere te diu perspectum habui, perpetuo cultu  
veneraturus. De Dagoberti Regibus dici non potest, quanta  
cum voluptate disserentem audierim, atque ex abstrusis-  
sima eruditionis penn, ea eruentem, quae non temere  
oculatisimo cuique in mentem venerint. Ea de re  
coram pluribus fabulandi occasio erit, si me, quae jam pri-  
dem ista negotia minantur, hieme mox instanti in  
Boabantiam vestram reuocauerint. De Amplissimo.  
Stoetmanno quandam mentionem iijecisti, non possum  
hic non profiteri, quam indefesso praconio suauissimum  
virtutum tuarum laudes Vir eximius mihi predicave-  
rit lectulo, in quo tum aeger, aut conualescens, decumbe-  
bat assidenti. Summa erat, alterum me Ottonem, yltium  
Antuerpiae repetiturum, si te interiore amico frui daretur.  
Quod ut liceat, Vir Amplissime, tanto non impensius rogo,  
quod e' vni super habuisse illum vere dicas in societate  
vestra meum Ottonem, magno animi dolore intellexi. Te  
mihi, Te literis diu superstitem, ut fata velint eodem animo  
voco.

Novemb: 1656.

Tuus.

J. Wallio.